

stitueret, & quod ita noviter introduxit lex illa ac proinde quamvis dura videatur, sic observari debet.

Verum enim verò, Authores omnes præfati non reddunt rationem ullam concludentem, qua legem ipsam principaliter moveri ostendant: nā in primis Joan. Gutier. ubi *suprà*, n. 7. dumtaxat dixit, Avendanni rationes sibi non placere, nec aliquo modo improbat eas, sed refidet semper in hoc, quod lex illa servanda sit, prout jacet, nec aliam rationem detegit, nec invenit, prout inveniri non posse dixit etiam Tellus Ferdin. in eadem l. 27. n. 12. qui etiam nihil concludens adduxit. Angul. verò (ut *suprà*) vidisti non modo legis ipsius rationem, aut motivum præcipuum proponit, sed etiam decisionem claram, atque expressam subvertit, sic ut ejus scripta, si attento animo velis intueri, multa quidē invenies, quæ Regiæ illi constitutioni, ac ejus menti refragantur aperte, quod *suprà*, n. 12. noviter, & verè remanet adnotatum, ac denique Velasq. de Avend. *glos. 2. n. 14. in eadem l. 27. Tauri*, duas rationes adducit. Prima est, quod ideo filii naturales, qui in l. 10. *Tauri*, capaces erant institutionis, necessarii sunt in substitutione in d. l. *Tauri*, quia cum in Tertio non possent substitui extranei (Tertium namque extraneorum respectu legitima est) sed qui proximiori loco successione capaces erant, & ex ipsa l. 10. *Tauri*, naturales filii respectu patris, etiam stantibus ascendentibus haberent jus successione, merito in substitutione prætulit eos lex illa. Hæc tamen ratio (ut ego & verè quidem considero) non concludit, nec sufficiens est, nā et si filii naturales respectu patris jus successione haberent, tamē succedendi, vel non succedendi in voluntate patris relicto fuerat omnino; unde si pater vellet, essent quidem proximiori loco capaces successione ascendentes, quam descendentes ipsi naturales, idque ex eadem l. 10. *Tauri*, & sic non esset ratio, quare magis in substitutionibus meliorationis tertiæ partis bonorum præferri debuissent filii naturales quam ascendentes, nisi lex illa ita voluisset: cum etiam ascendentes capaces essent ex eadem leg. 10. *Tauri*, & proximiori loco vocari possent, si testator voluisset, atque sic ob eam rationem circa filios naturales necessitas imponi non debuisset, nec dari prælatio.

Secunda ratio ejusdem Avendanni consistit in hoc, quod d. l. 10. *Tauri* (ut ipsemet arbitrat) loquitur in filiis naturalibus testatoris, sed d. l. 27. *Tauri* in filiis naturalibus substituti, quos testator omittere non poterat, si descendentes prælegatarii substituere tenebatur: id autem à mente, & verbis ipsius l. *Taurinæ* valde alienum esse, constat aperte, in illa namque de filiis naturalibus substituentis tractatur, statuiturque ut post filios, & descendentes legitimos, eos substituere teneantur parentes, prout in eum sensum acceperunt legem illam Authores relati *suprà*, & omnes etiam, qui hæcenus in proposito scripserunt. Et confirmatur omnino ex his, quæ contra eundem Avendannum scripta reliquit Joannes Gutierrez, *practicarum*, lib. 3. *quest. 53. ex n. 2.* Quocirca pro distincta & majori explicatione prædictorum nonnulla constituere omnino necessarium duxi, sine quibus res hæc, ita commodè, & absolute diffiniri non valet. In primis negari non posse, quin certissimum sit, & necessario observandum, Regiam Taurinam constitutionem sæpe allegatam, præcisè voluisse, quod in ordine substitutionum, atque vocationum, filii naturales ascendentes præferantur, sive quod priori loco vocentur: Cum tamen in successione ex testamento voluntati patris reliquisset hoc Regia lex alia, atque etiam Taurina constitutio; & in successione ab intestato, & contra testamentum ascendentes eisdem filiis naturalibus præterierit, ut *num. precedentibus* dicebamus, & Andream ab Angulo hæc involventem, sive aliter intelligentem, & contra communem omnium Scribentium sententiam d. l. 27. *Tauri* accipientem, ex professo improbamus.

Deinde & secundò, parum urgere, naturalium filiorum successione respectu patris nec stariam non esse, sed potius voluntariam, & liberam; nam & success. con-

sanguineorum æquè necessaria non est, & nihilominus in ea lege substitui jubentur. Unde mirum non est, sed potius rationi, atque æquitati consentaneum, ut etiam naturales filii substitui jubentur, cum idem jus in consanguineis statuatur (ut dixi) quibus certum est, minus deberi, quam filiis, ipsosque filios præferri debere.

Tertiò præterea, prædictam necessitatem substituenti, aut vocandi naturales filios præcisam non esse, etiam legitimis filiis à parentibus melioratis, potest enim pater si velit filium legitimum meliorare, eidemque meliorationi gravamina, aut substitutiones non adicere, sive filios tantum legitimos, ac eorum descendentes vocare, nec ad filiorum naturalium, aut aliorum vocationes accedere. Esse tamen causativam [ut dicebam *suprà* n. 13.] ut si pater velit ad aliorum substitutiones, aut vocationes descendere, necessario teneatur ordinem ibi præscriptum observare, & loco præfixo naturales vocare, Quæ necessitas, eo modo sumpta, etiam & aliorum consanguineorum respectu imponitur, quoniam lex illa generaliter interdicti providere, ac consulere toti generi & familiæ meliorantis. Unde quemadmodum successio filiorum naturalium respectu patris præcisam non est, sed voluntaria, sic & vocatio, aut substitutio eorundem filiorum naturalium ad meliorationem Tertii, potest enim pater plures gradus substitutionum omittere, nec ad eos accedere.

Quartò etiam, dubium præcipuum, aut mirum Scriptorum hujus regni, in eo principaliter consistere, quare ascendentes, si filius eorum velit, in successione præferantur filiis naturalibus, vel filii naturales necessario institui non debeant à parentibus. Et tamen in melioratione tertiæ partis bonorum, contra voluntatem etiam substitui jubentur, ac etiam ex necessitate ascendentes præferuntur in ordine substituenti. Et quidē si verum amamus, nec ab aliorum sententiis injuste deviare intendimus, fateri velut necessario adstringimur, dubium præfatum certa, aut concludenti ratione diffiniri non posse, sed voluntatem legis fuisse, non improbe dici posse, ut Tellus dicebat, & Velazquez de Avendanno, d. *glos. 1. n. 14. ad finem*, post eum agnovit, ac etiam Joannes Gutier. *pract. lib. 3. d. quest. 52. n. 7.* negari tamen non posse, quin Taurinæ illius constitutionis conditores, non modo una, sed & pluribus rationibus adducti, sic statuerint. Malè ergo nostri Scriptores, voluntati legis dumtaxat hoc tribuunt, nec ratione, sive iustis de causis moveri advertunt; aliud enim est, legis rationem non expressam non assequi, aliud vero sola voluntate niti legem præfigere.

Quintò deinceps (& forsitan verè) pro ratione d. l. 27. *Tauri* dici posset, quod lex, quæ filios naturales in uno oneravit, & ascendentes magis, quam ipsis prospexit, nempe ut in successione ab intestato, & contra testamentum, ascendentes causa potior esset, ac nisi ex testamento, & voluntate patris jus succedendi præterdere non possent: in alio eos honorare voluit, sive magis illis quam ascendentes prospexit, ut scilicet, cum pater meliorationi à se factæ substitutiones adicere voluerit, præferre debeat eos ascendentes in ordine vocationum: consideravit namque in hoc parvum præjudicium ascendentes fieri, aut non ita magnum, sicut si à successione filiorum suorum, etiam descendentes legitimis eorum deficientibus, absolute, aut præcisè excluderentur & cum turbato ordine mortalitatis non minus parentibus, quam filiis parentum hæreditas pie relinqui debere videatur, ex l. *nam estis parentibus*, ff. de inofficio testamento, pietatis hoc iudicium, filiorum voluntati relinquere melius esse putavit, quam ipsorum manus, & dispositionem sic ligare, ut præcisè deberent naturales filios ascendentes ejusdē præferre. Sic enim pro temporum, & personarum qualitatibus, rerumque circumstantiis, commodius dijudicare poterunt, quid melius ac securius efficere debeant, & ascendentes debeant filiis naturalibus in successione facto testamento præferre, vel non præferre, quod in substit.

aut

aut vocat. meliorationis articulo non sic æqual, sicut in successione factum est, fortassis etiam hoc ideo, quod a communiter accidentibus, cum meliorationibus hujusmodi factis plures, diversæque personæ suo ordine, gradatimque ad successione vocantur, sive plures gradus sunt, & vincula, gravaminaque adiciuntur prout adjici posse lex ipsa Taurina 27. consideravit: hoc quidem non alia ratione efficitur, quam ut cetera bona omnibus de familia colligata, & perpetuo successoribus unita, atque alienari prohibita relinquantur, sicque & nomen & familia meliorantis refulgeat, & bona ipsa inter suos conserventur facilius. Id autem aptius meliusque fiet, si ad descendentes, etiamque naturales cautum liberos bona prædicta devenerint, quam si ascendentes deferantur, in quibus non ita hæc fient, sicut in descendentes ipsi meliorantis, imò à consanguineis, aliisque transversalibus ejusdem meliorantis naturales filios excludi contingeret contra legis illius voluntatem, si in vocationibus ascendentes præferri possent, utpote, cum successione majoratus ab ipsorum ascendendum linea occupata, ipsamque semel ingressa, non antea exire deberet ab ejus descendentes, nec ad naturales filios transire, quam si omnes ex eadem linea ascendentes deficerent, quorum etiam respectu proximitas ad succedendum deberet considerari, juxta ea, quæ hujus regni Scriptores, exteri etiam traderunt communiter. Cæterum post ipsos filios naturales vocari debere ascendentes, aliisque consanguineis præferri, justè, & sanctè lex illa decrevit.

Sextò denique, & ultimo loco constituendum duxi, dictam Taurinam constitutionem 27. in filiis naturalibus respectu successione matris nihil novi continere, jus enim eorum jam antea diffinitum erat in l. 9. quæ inter eadem Taurinas constitutiones præfixa fuerat: nec dubitationem aliquam specialem venire decidere; sed dumtaxat ad tollendas dubitationes, quæ respectu ordinis vocationum esse possent, statuere in futurum atque præfigere ordinem, quo vincula, aut gravamina apponi, vel substitutiones fieri debeant. Quod aperte constare poterit, si advertas, legem ipsam in primis decidere, patrem, vel matrem meliorantem aliquem ex filiis, vel descendentes legitimis posse apponere vincula & gravamina, quæ voluerit. Postmodum eadem leg. 27. inquit, ita demum id fieri posse, si inter personas ibi enumeratas, ordineque præfixo fiat, ac primum enumerantur descendentes legitimi, quos primum locum in successione obtinere, ac necessarios hæredes esse, certum est postmodum apponuntur illegitimi, qui succedendi potentiam habeant, deinde & ascendentes vocantur, quos etiam descendentes deficientibus primum locum in successione obtinere certum est, ac denique post eos, & consanguinei sequuntur, sicut eis extantibus, ad extraneos valde perveniri non possit. Et secundum hæc videbis aperte, potuisse legem illam, locum aut ordinem illegitimarum præfigere, quemadmodum & legitimorum locum apposuit, ut formam præscriberet, & certum ordinem in futurum designaret, quamvis successione eorum, respectu matris nullum dubium haberet. Nam nec legitimorum dubium habuit, nec habere potuit, & tamen ordinem apposuit, eosque enumeravit. Quæ non otiose, aut extra propositum, sed ideo dicta, ut ostenderem, minimè urgere dubium, aut difficultatem Avendanni, in eadem l. 27. *Tauri*, *glos. 2. n. 14.* ad principium, & Joannis Gutierrez, *pract. lib. 2. quest. 52. n. 3.* ii enim Authores supponunt pro certo, legem illam dubium aliquod venire decidere, & controversiam, sive

altercationē tollere dubitantium, an filii naturales matris succederent in majoratu, in quo non succedere plures tenuerunt ex natura successione, quæ nobilior est, quam dividua, ut cum Hernia, & Mieres contra Gregorium Lopez probarunt. Sed quidem dubium hoc decidere, adeo alienum est à mente illius legis, ut nec verbum aliquod dixerit, quo id dignosci aut diffiniri valeat. Nec cuiquam placebit, necessarium adeo & singulare dubium, suboscure ita, atque per transitum legem ipsam diluere, si dubitantium controversiam submovere veniret. Eo magis, quod melioratione Tertii facta, substitutiones nonnullæ adjici possunt absque eo, quod majoratus, aut primogenium institueretur, ut *suprà*, hoc eodem libro, c. 22. adnotavi. Et Avendannus ipse fatetur in eadem l. 27. *Tauri*, *glos. 2. n. 13. ad finem*: ac denique, quod dubitantium controversia etiam post eandem Taurinam constitutionem 27. remanet hodie, & in majoratu qui à genere, vel à majoratibus proveniat, eadē ratio militat, ut recte advertit Mieres, à superioribus relatus, & ab inferioribus referendus, qui & Molina, de Hispan. primogeniis, l. 3. c. 3. ex n. 41. latius erunt videnti, & Azevedus, in l. 11. tit. 6. n. 45. l. 5. *nova collectio Regiæ*, & novissimè, utrum filii naturales matri in majoratu succedant, an etiam in quocunque majoratu regulariter succedere possint, ex proposito atque latissimè disputat Floeces Diaz de Mena, *variarum, quest. l. 1. q. 16. ex n. 2. usque ad n. 37.* ubi vide omnino. Quinimo, & ipse Avendannus, in l. 40. *Tauri*, *glos. 11. n. 45.* etiam ad majoratum matris non admitti naturales contra Gregorium Lopez affirmat, nec in eo residet, quod loco citato *suprà*, tenuerat.

Recte tamen advertit l. 6. *Tauri* decisionem minime obesse resolutioni traditæ *suprà* n. 11. *§. seq.* ut ultra Castellani, & Gomez, Arias observavit, & ad eam legem respon. *ut in d. l. 27. Tauri*, *glos. 2. n. 14.* in finalibus verbis, & rectè quidē (ut dixi) ejus tamen solutio Castellani fuit, in d. l. 6. *Tauri*, in verbo, *entre los estranos*, quem refert, & solutionem ejus seducit Matienzus, (quem Avendannus non retulit) in l. 11. tit. 6. *glos. 6. n. 3. lib. 5. nova collect. regie.*

Ultimum tandem non obstat fundamentum de similit. exemplaris substitutionis adductum, quod excitarunt, sed illi non respondent Avendannus, d. *glos. 2. n. 3.* Joannes Gutierrez, *practicarum* l. 3. *dict. quest. 52. n. 2.* & 3. nam respondetur legem 11. tit. 5. p. 6. nequaquam corrigere decisionem in d. l. *humanitatis*, C. de impuberis, propterea quod text. in d. l. *humanitatis*, loquitur eo casu, quo mente captus, vel furiosus, cui substitutio fit, non habet liberos; quo casu si pater velit facere substitutionem exemplarem mente capto, vel furioso filio, necessario debet vocare, ac substituere alios filios suos, hoc est, fratrem unum vel plures ejusdem filii mente capti, aliis tamen existentibus filiis ejus, cui substitutio fit, non tenetur parens post descendentes fratres mēte capti, aut furiosi vocare, potest tamen si velit ex d. l. 11. *partita*, ac ordo ibi præscriptus necessarius erit, si testator velit ad fratres, & ad extraneos vocationes suas extendere; si tamen nolit, necessitas non imponitur ei, ut dixi.

Denique, prædicta similitudo exemplaris substitutionis cum substitutionibus in l. 27. *Tauri* cōtentis, tunc demum procedit, cum eadem ratio militat aut idem, non diversum jus statutum est, non vero ubi contrarium in altera harum substitutionum reperitur expressum, ut aliud agens, cum Mieres probavit Gutierrez, *practicarum*, lib. 3. *quest. 53. num. 3.*

F I N I S.

LOCA JURIS COMMUNIS.

Tam Cæsarei, quam Pontificij, & legum Regiarum Castellæ, quæ in hoc Libro Secundo explicantur, & quibus veri, & notabiles intellectus assignantur.

Ex Digesto veteri.

L Ex si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actionibus empti, n. 37. p. 5.
L. ult. ff. de periculo & comodo rei venditæ, n. 39. ibid.
L. 1. & titulus, ff. quod quisque juris in alium statuerit, & c. num. 62. & 64. p. 39.
L. in causâ 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus, n. 12. 13. 14. & 15. p. 54.
L. pen. ff. de petitione hæreditatis, num. 9. p. 56.
L. is quo, §. 7. cū lege seq. ff. de rei vindicatione, n. 9. ibid.
L. in hoc iudicio, ff. familiaris eriscundæ, c. 9. per tot. p. 55.
L. hæreditas, §. 3. ff. de petitione hæc. c. 17. per tot. p. 84.
L. peculium nascitur, ff. de peculio, n. 36. p. 86.
L. 1. ff. de inofficio testamento, n. 11. 12. & 13. p. 101.
L. regula, §. & licet, ff. de jur. & facti ignor. n. 100. p. 128.
L. 2. §. 1. ff. de pactis, l. 2. c. 23. in principio. p. 129.
L. & quia, in fine, ff. de iurisd. omn. jud. & ejus materia plene, lib. 2. cap. 29.

Ex infortiatio,

L Cajo, ff. de adimendis legatis, n. 20. n. 115. cum sequentib. p. 22. & 28.
L. si tibi, cum l. seq. ff. de adimendis leg. n. 21. & n. 120. & 121. ibid.
L. cum pater, §. ab instit. ff. de legatis sec. n. 22. & n. 122. & seqq. ibid.
L. 3. §. filius, ff. de liberis & posthumis, n. 23. & n. 126. & 127. ubi agitur de materia ejus text. ibid.
L. pater fundum §. fundum Titianum, ff. de legatis tertio num. 40. p. 23.
L. sub conditione, ff. de hæred. instituendis, n. 41. ibid.
L. Julius Paulus 80. ff. de cond. & demonstr. n. 111. p. 27.
L. cum servus 81. ff. de condit. & demonstr. n. 112. ibid.
L. captoria 70. ff. de hæredibus instituendis, n. 5. p. 42.
L. Clemens patronus, §. finali, ff. de hæred. inst. n. 6. ibid.
L. illa institutio, §. 32. ff. de hæredibus instituendis, ex n. 20. & num. 26. p. 43. & 44.
L. si ita expressum ff. de cond. & demonstr. n. 34. p. 45.
L. prima, ff. de legatis secundo, n. 43. ibid.
L. senatus §. legatum, ff. de legatis primo, n. 44. p. 46.
L. mulier, 10. §. finali, ff. de cond. institut. n. 2. seq. p. 58.
L. utrum si de assignandis libertis, n. 14. p. 69.
L. in tempus ff. de hæred. instituend. materia, n. 48. p. 73.
L. patris & filii ff. de vulg. & pupil. substit. & l. 1. §. prius, in versiculo, constat eodem titulo, num. 5. p. 75.
L. 1. §. sed si unum ff. de bonorum possessione secundum tabulas, n. 59. p. 83.
L. imperator §. cum quidā ff. de l. secundo, n. 58. p. 96.
L. si libertus præterito §. 1. ff. de bonis libertorum, n. 30 & n. 35. 36. & 37. p. 111. & 112.
L. jam hoc jure 4. ff. de vulg. & pup. substit. n. 29. p. 115.
L. si quis ex testament. 25. ff. de testamētis, n. 19. p. 120.
L. pater filium §. fundū Titian. ff. de l. tertio, n. 85. p. 127.
L. si quis ita §. de testamentaria tutela, n. 96. p. 128.
L. si is qui duos ff. de liberatione legata, n. 6. p. 230.
L. uxori, §. ultimo ff. de legatis tertio, n. 23. p. 131.
L. si pecunia 12. ff. de legatis secundo, n. 30. & 36. & 37. & vide per totum caput. p. 137.
L. non amplius 26. §. cū bon. ff. de l. primo, n. 48. p. 141.
L. cum pater §. à te peto ff. de legatis secundo, n. 5. & 6. & seq. & n. 31. & seq. & n. 46. & seq. p. 156. & seq.
L. hæredes mei §. finali, ff. ad Senatufcon. Treb. n. 30. & seq. & n. 46. & seq. & n. 54. & 55. p. 158. & seq.
L. unum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de legatis secundo, n. 64. p. 161.
L. Et quid si tantum, legis, Gallus ff. de liberis & posthumis, lib. 2. c. 27. n. 6.

Ex Digesto novo.

L Eum qui ædes, in fine, ff. de usufructu, n. 28. p. 132.

Ex Codice.

L unica, cum sua materia C. de sententiis quæ pro eo quod interest, c. 1. per totum. p. 3.
L. lege duodecim tabularum, §. hujusmodi C. de legitimis hæredibus, c. 2. in principio. p. 11.
L. jubemus C. de emancipationib. liberorum, n. 25. p. 13.
L. si viva matre, C. de bonis maternis n. 16. & n. 109. & 110. p. 22. & 27.
L. omnes & l. bene à Zenone, cum sua materia, C. de quadriennii præscriptione, c. 5. per totum. p. 35.
L. 2. C. de rescindenda venditione, rationes, & materia. cap. 8. per totum. p. 53.
L. ultima C. de his qui veniam ætat. impetrav. n. 41. p. 6.
L. si unquam C. de revocandis donationibus, n. 38. & 40. 41. & 42. §. n. 50. p. 72. & 73.
L. cum donationis, C. de transactionibus, n. 57. p. 96.
L. frater & l. frater, C. de inofficio testam. c. 19. p. 101.
L. 1. C. de donationib. l. 2. c. 23. n. 7. & n. 19. 130. & seq.
L. ult. C. de pactis conventis tam super dote & c. l. 2. c. 23. n. 12. & n. 29. §. sequent. ibid.
L. ult. §. & si præfatam, in versic. sed et si legatarii C. de jure deliberandi, n. 19. & n. 36. 37. p. 135. & 137.

Ex libris Feudorum.

C Ap. 1. de eo qui sibi, vel hæredibus suis, l. 2. c. 26. n. 62. & 63.

Ex Institutionibus.

S Cæterum, Institut. de legitima agnatorum successione 2. in princ. & ferè per totum fol. 29. & c. 4. n. 81. & 82. §. Igitur, Inst. de Pupill. substit. cap. 14. n. 5.

Ex Decretalibus.

C Ap. 1. de consuetudine, cap. 5. n. 51.
Cap. cum tibi de testamentis, c. 6. n. 8. & 9. & n. 19.
Cap. pervenit, & cap. ex tenore, qui filii sunt legitimi, cap. 11. in princ. & multa ad propositum eorum juris per totum cap.
Cap. ad nostram, de empt. & vend. latissimè cap. 25.
Cap. illo vos de pignoribus, latissimè cap. 25.
Cap. relatum, cap. gratum, cap. licet undique, de off. & pot. jud. deleg. & cap. ultim. de leg. & eorum materia plenissimè, cap. 29. num. 1.

Ex lib. 6. Decretalium.

C Ap. qui sentit, de regul. jur. l. 6. cap. 5. n. 54. 55. 56.
Cap. quamvis, cap. si delegatus de offic. delegati, lib. 6. cap. 29. num. 3.

Ex Decreto.

C Ap. placuit 16. quæstion. cap. 5. num. 49.
Ex legibus Partitarum.

L Eg. 29. tit. 9. part. 6. cap. 6. num. 37. & 5.
L. 6. tit. 10. part. 6. cap. 3. num. 9.
L. 2. tit. 4. part. 6. cap. 18. num. 50.
L. 12. tit. 7. part. 6. cap. 19. n. 18. & n. 25. & 27.
L. fin. tit. 12. part. 6. cap. 19. n. 44.
L. 2. tit. 15. part. 2. cap. 22. num. 36.
L. 42. tit. 5. part. cap. 25. num. 38.
L. 21. tit. 4. part. 3. & leg. 35. tit. 18. ex eadem partit. cap. 29. num. 16.

Ex legibus Tauri.

L Eg. 31. Tauri, cap. 6. n. 59. & vide n. 36. & n. 49.
L. 17. Tauri, cap. 7.
L. 27. Tauri, cap. 13. num. 26. & 29.
L. 41. Tauri materia, plene explicata remissivè, cap. 22. num. 34.

Ex legibus novæ collectionis Regiæ.

L Eg. 5. tit. 6. lib. 5. novæ collectionis Regiæ, cap. 13. num. 7.
L. 12. tit. 6. lib. 5. novæ collectionis Regiæ, cap. 13. n. 8.
L. 4. tit. 6. lib. novæ collectionis Regiæ, cap. 25. n. 6. & n. 12. in princ. & in vers. præterea non obstat textus.



1190001159

FINIS LOCORUM JURIS COMMUNIS.